

his, qui habent eas sequitatis, vel habere possunt: nec etiam in aliis, qui scilicet non possunt eas acquirere propter defectum vius liberi arbitrii, quia non est major ratio, quare illi debeant habere, & non illi. Et tunc ad illud de parvulis potest dici, quod non est necessesse eos habere virtutes morales in patria; sed sufficit, quod bene disponantur circa appetibilia per charitatem: charitas enim disponit circa omnia volubilia in una ratione volubilis, & quod non oportet, quod habeant omnem scientiam in genere proprio; sed sufficit habere eam in Verbo, quae est notitia perfecta. Vel secundo, si habuerunt eas, potest dici, quod inveniuntur eis in instanti beatitudinis: non est enim magis necesse illa, quae pertinent ad viorem, si aliquando esset futurus viator, dari sibi in Baptismo, quam ea, quae pertinent ad statum comprehensoris dari sibi in instanti beatitudinis, imo magis rationabile hoc quam illud. Vel tertio potest dici, quod si illa pertinent ad aliquam perfectionem comprehensionis, & non dantur in instanti beatitudinis, poterunt eas acquirere per actus suos; si ut enim non apparet ratio, quare non poterunt addiscere aliqua scilicet in genere proprio, quae primitus non noverunt: ita non apparet ratio, quare non poterunt ex bonis electionibus circa appetibilia ad finem, non tantum ut sunt volenda propter Deum in se, sed ut sunt volenda in quantum commoda sibi, acquirere sibi unum habitum inclinantem ad electionem talium appetibilium sub propria ratione, & ita virtutem moralium.

Quantum ad illum articulum dico sicut prius dictum est, virtutes morales non requirere Theologicas ad hoc, ut ipse morales sint perfecte in specie sua, licet non sint perfecta perfectione ulteriori, quam possint habere: ita etiam e converso Theologicae, live in via, live in patria non requirunt necessarium morales.

Quantum ad quartum articulum, dico quod virtutes Theologicae non sunt connexae inter se, sicut patet in patria, ubi manebit habitus, & actus charitatis sine habitus, & actu fidei, & spei; sicut etiam patet in via ubi in peccatore manet fides, & spes sine charitate: igitur ex ratione habituum in existendo, non est necessaria connexio earum. Sed nunquid in fieri, vel in infusione sunt connexae, ita quod una non possit inveni in alia? Respondet, quod cum separari possunt in esse, potest Deus separare in fieri, & ideo quantum est ex se, non necessario connectuntur in infusione; sed ex liberalitate divina connectuntur: quia Deus totum hominem perficit, ita quod sicut corporaliter nullum sanavit, nisi perfecte, ita etiam spiritaliter non sanat hominem, nisi perfecte sanat; perfecta autem sanitas est, si quantum ad intellectum habet fidem, & quantum ad voluntatem, spem, & charitatem de peccatis. *dist. 3. cap. sunt plures.*

Si quaerit utrum fides, & spes sine charitate essent virtutes? Dicit potest, sicut prius dictum est de virtutibus moralibus, quod in specie sua possunt esse perfecte, in quantum scilicet sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum: sed perfectionem

nem illam ultimam, quam habent in attingendo finem, ad quem ordinantur ex charitate, non possunt habere sine ipsa. Et haec quidem perfectio tam in moralibus, quam in istis, sicut dicitur communicet eis in attingendo finem per aliquam operationem elicitam, sive per aliquam ordinem istarum, vel eorum actuum ad finem: potest tamen dici esse praecipue in hoc, quod est acceptari a Deo, ordinando ad beatitudinem; sic quippe nulla virtus, nec eius actus acceptatur sine charitate, quae sola dividit inter filios regni, & perditionis. De habitibus intellectualibus, non oportet immorari: planum est enim, quod non est necessaria eorum connexio, nisi torte sint habitus subordinati, quales sunt habitus principiorum, & habitus conclusionum, & in talibus prius potest esse una posteriori, licet non e converso.

Ad argumenta principalia duo prima concedo: quia concludunt, quod dictum est in primo articulo. Ad tertium dico, quod licet ex frequentate sic operari, generetur quaedam qualitas, quae nata est esse concursus rectae rationi & effectus virtus, si habere rectam rationem in operante, cui effectus concors; tamen quia non est rectum dicitur in illo, deficit regula operationis rectae, & ideo electio, quae nata est esse recta non est recta, quia non est regulata; & per consequens sic generat qualitatem aliquam; illa tamen non est habitus electivus, & per consequens nec est virtus. Quartum concedo, quia concludit quod dictum est in articulo de connexione virtutum moralium cum prudentia. Ad alias rationes sequentes de virtutibus, concedo quod licet potest dici, quod nullae virtutes etiam in specie sint impossibiles: tamen in quantum adducunt ad propositum, concludunt quod diversae species ejusdem generis virtutis moralis, vel diversorum generum, non sunt necessario connexae; & hoc concessum est in primo articulo questionis.

## DISTINCTIO XXXVII.

Circa istam trigessimam septimam Distinctionem, in qua Magister agit de preceptis; quaeritur unum.

## QUESTIO UNICA.

Utrum omnia praeccepta Decalogi sint de lege naturae?

Quod non: in his, quae sunt de lege naturae, non videtur posse Deus dispensare; sed dispensavit in aliquibus, quae videntur esse contra praeccepta Decalogi: ergo. Probatio majoris, quae sunt de lege naturae, vel sunt principia necessaria nota ex terminis, vel sunt conclusiones necessario sequentes ex talibus principiis; sed live sic, live sic, habent veritatem necessariam: igitur Deus non potest facere ea essentialia: igitur non potest facere illud, quod mandant fieri non esse bonum, & quod prohibent, non esse malum: & per consequens de tali illicito licitum. Probatio minoris; occidere, & furari, & inveni-

chari sunt contra præcepta Decalogi, ut patet *Exod. 20.* sed in illis videtur Deus dispensasse. Nam de homicidio patet *Genes. 22* de Abraham de filio immolando. De furto, *Exod. 11. & 12.* de filiis Israel, quibus præcepit, ut spoliarent *Aegyptios*, quæ spoliatio est ablatio rei alienæ, invito domino, quæ est definitio furti. De tertio scilicet *machari*, patet *Osæ 1. Hac filios fornicæ iouam.* Præter, *Rom. 7.* dicit *Apostolus; Concupiscenciam nesciebam, nisi lex diceret non concupiscetis.* &c. sed ea, quæ sunt nota ex lege naturæ, sciuntur esse vitanda, vel agenda, etiam si non sint scripta, sicut ea, quæ sunt naturaliter nota in speculativis, essent naturaliter, nota, etiam si non essent revelata. Præterea, Lex naturæ obligavit in omni statu, quia notum est in tali natura esse sic agendum, vel non: sed Decalogus non obligavit in omni statu, puta non in statu innocentium, cum tunc lex Decalogi non esset data, & antequam esset data, non obligavit. Contra in Canone dicit. *6. h. His itaque respondetur, & in principio decretorum, & 1. Joan. 1. Quæ.*

Hic dicitur quod sic; & ponitur talis motus (a). Lex naturæ est lex descendens ex primis principijs notis in agibilibus: talia sunt quedam principia practica, nota ex terminis, quæ sunt quedam seminaria, ad quorum veritatem inclinatur naturaliter intellectus ex terminis: & ad assentiendum tali discerni inclinatur voluntas naturaliter ex talibus principijs: sed omnia quæcumque sunt in Decalogo, sunt talia, vel immediata, vel mediate: omnia enim, quæ ibi præcipiuntur, habent bonitatem formalem, quæ secundum se ordinata est ad finem ultimum, ut per illa homo converteretur ad illum finem, & consequatur ipsum. Similiter omnia, quæ ibi prohibentur, habent malitiam formalem aversivam a fine ultimo: ita quod ibi præcepta sunt bona, non tantum, quia præcepta: sed ideo præcepta, quia secundum se bona. Similiter ibi prohibita sunt mala, non tantum quia prohibita: sed ideo prohibita, quia mala. Et tunc videtur consequenter esse dicendum ad primum argumentum, quod Deus simpliciter non potest dispensare in talibus: quod enim ex se est illicitum, non videtur posse fieri licitum per aliquam voluntatem; ut sic occidere ex hoc, quod est actus transiens super talem materiam, scilicet proximum, est actus malus, stante illa causa semper certi malus: & ita nullum *velle*, quod est extra rationem illorum terminatum, potest iacere, quod sit bonus, & tunc oportet exponere auctoritates, quæ videntur dicere Deum in talibus dispensasse, & exponuntur uno modo, quod licet possit fieri dispensatio circa actum in genere actus, non tamen circa ipsum inquantum est prohibitus, & ita nec contra prohibitionem.

Aliiter dicitur, quod actus manens inordinatus non potest fieri ordinatus: actus autem inquantum est contra prohibitionem, est inordinatus; ideo non potest dispensari in illo, inquantum est contra prohibitionem.

Sed

a D. Th. 2. 2. q. 100. a. 1. &amp; 8.

Sed istæ expositiones (quæ forte redeunt in idem) non videntur salvare propositionem. Dispensare enim non est iacere, quod sit licitum, præcepto licet iacere contra præceptum: sed dispensare est revocare præceptum, vel declarare quale debet intelligi. Est enim duplex dispensatio, scilicet juris revocatio, & juris declaratio. Quæro, an stantibus omnibus circumstantiis eidem in illo actu, qui est occidere hominem, variata sola circumstantia prohibiti, & non prohibiti, possit Deus facere, quod ille actus, qui cum talibus circumstantiis alius est aliquando prohibitus, alius esse non prohibitus, sed licitus? Si sic, igitur simpliciter potest dispensare, sicut simpliciter mutavit legem veterem quantum ad cæremonialia, quando dedit novam; non quidem iacens, quod manent præcepto de cæremonialibus, illa non essent servanda: sed faciens, quod actu illo manente eodem, non tenebatur quis ad illum, sicut prius. Ita etiam dispensat quicumque legislator simpliciter, quando revocat præceptum juris positivi iacti ab eo; non quidem faciens, quod actu prohibito, vel præcepto manente secundum se auferatur ratio illiciti: & fiat licitum. Si autem Deus non potest iacere de illo actu, qui cum talibus circumstantiis erat prohibitus, quod manentibus eidem circumstantiis prioribus de prohibitione non sit prohibitus; igitur non potest iacere, quod occidens non sit prohibitus: cuius oppositum manifeste patet de Abraham.

Præterea, quæ sunt vera ex terminis, sive sint necessaria ex terminis, sive consequentia ex talibus necessariis, præsertim in veritate omnem actum voluntatis, vel saltem habent veritatem suam circumscripto per impossibile omni *velle*: igitur si præcepta Decalogi, vel propositiones practica, quæ possent iornari ab eis, habent talem necessitatem, patet, quod hæc esset necessaria: proximum non est occidendus, *suprum non est faciendum*, ita quod circumscripto omni *velle* ad intellectum apprehendentem, tales complexionis essent sic notæ, intellectus divinus apprehendens talia necessario, apprehenderet ea tanquam ex se vera, & tunc voluntas divina necessario concordaret illis apprehensis, vel ipsa non esset recta: & ita esset ponere in Deo rationem scientiæ practiciæ: quod negatum est in primo. Esset etiam ponere quod voluntas ejus simpliciter necessario determinatur circa aliqua volubilia alia a se; (a) cujus oppositum est dictum in primo, ubi tactum est quod voluntas divina in nihil aliud a se tendit, nisi contingenter.

Quod si dicatur voluntatem creatam necessario debere conformare se illis ad hoc, quod sit recta; non tamen voluntatem divinam oportet conformiter vellet illis veris; sed quia conformiter vult, ideo sunt vera. Ille respondet ad conclusionem, quia ratio probat oppositum: nam intellectus divinus prius apprehendit istos terminos, & potest apprehendere veritatem complexionis in eis, quam scilicet complexionem habet ex terminis antequam voluntas sua habeat aliquem

a Quæ 4. prol. Diss. 28. 39. &amp; 41.

quem actum circa ea: igitur in secundo signo naturæ, scilicet quando voluntas habet actum circa illa, oportet necessario, quod vellet conformiter illi dicantur.

Ad questionem igitur dico, quod aliqua possunt dici esse de lege naturæ simpliciter. Uno modo tanquam prima principia practica, & nota ex terminis, vel conclusiones necessario sequentes ex eis: & hæc dicuntur esse strictissime de lege naturæ. Et rationes contra primam opinionem præstant, quod in talibus non potest esse dispensatio; quas concedo; sed talia non sunt, quæcumque præcepta secundæ tabule: quia rationes eorum, quæ ibi præcipiuntur, vel prohibentur, non sunt principia practica simpliciter necessaria, nec conclusiones simpliciter necessariae. Non enim in his, quæ præcipiuntur ibi, est bonitas necessaria ad bonitatem ultimi finis; convertens ad finem ultimum: nec in his, quæ prohibentur, est malitia necessario averrens a fine ultimo; quin, si bonum illud non esset præceptum, posset finis ultimus amari, & attingi: & si illud malum non esset prohibitum, licet cum eo acquiescere finis ultimi.

De præceptis autem primæ tabule secus est, quia illa immediate respiciunt Deum pro obiecto: duo quidem prima si intelligantur esse tantum negative, primum: *Non habebis Deos alienos*, secundum: *Non assumes nomen Dei tui in vana*, id est: Non facies Deo tuo irreverentiam: ista sunt strictè de lege naturæ: qui sequitur consecratio, si est Deus, est amandus ut Deus: quod nihil aliud est colendum tanquam Deus, nec Deo est faciendum irreverentia; & per consequens in illis non potest Deus dispensare, ut aliquis possit licite facere oppositum talis prohibiti. Tertium præceptum, quod est de Sabbatho, est affirmativum tanquam ad aliquem cultum exhibendum Deo, determinatum tempore, & quantum ad denominationem huius temporis, sed illius, non est de lege naturæ, strictè loquendo. Similiter, nec ad partem negativam, quæ includitur; quia scilicet prohibetur actus servilis pro tempore determinato, prohibens a cultu tunc exhibendo Deo: ille enim actus non prohibetur, nisi quia impediens, vel extraneus ab illo cultu, qui præcipitur. Sed an sit de lege naturæ strictè hoc præceptum de Sabbatho, quantum ad eumdem pro aliquo tempore determinato exhibendum Deo, dubium est: quia si non, igitur absolute Deus posset dispensare, quod homo toto tempore vite suæ non haberet bonum motum circa Deum; quod non videtur probabile, quia sine omni bono vellet finis ultimi, non potest aliquis habere simpliciter bonum vellet circa ea, quæ sunt ad finem, & ita nunquam teneretur ad bonum vellet simpliciter; quia quia ratione non sequitur ex lege naturæ strictè loquendo, quod nunc sit exhibendus cultus Deo, pari ratione, nec tunc, & ita pari ratione de quolibet tempore determinato; & ideo, strictè loquendo, non videtur quomodo possit concludi, quando aliquis teneretur tunc, vel nunc exhibere cultum Deo: & pari ratione, nec aliquando indistincte, quia ad nullam ad unum teneretur aliquis pro aliquo tempore indeterminato ad quem non tenetur pro aliquo tempore signato aliquibus opportu-

nitatibus concurrentibus. Si autem illud sit de lege naturæ strictè, ita quod sequatur necessario, *Deus non est odiansus*; vel ex aliquo alio dato, igitur *Deus est diligendus*: & hoc aliquando actu elicitio circa ipsum; tunc argumentum illud non tenet a singularibus ad universalis; sed est fallacia signæ dictionis, sicut in aliis pluribus determinatis ad unum determinatum. Si autem illud tertium præceptum non sit de lege naturæ strictè, tunc iudicandum est de illis, sicut de præceptis secundæ tabule.

Allo modo dicuntur aliqua esse de lege naturæ: quia sunt multum consona illi legi; licet non sequantur necessario ex principis practicis, quæ nota sunt ex terminis; & omni intellectu apprehendenti sunt necessario nota, & hoc modo certum est omnia præcepta etiam secundæ tabule esse de lege naturæ, quia eorum restitudo valde consonat primis principis practicis necessario notis. Ita distinctio potest declarari in exemplo: nam supposito illo principio Iustus positivus, Pacificus esse vivendus in communitate, vel politia; ex hoc non sequitur necessario: igitur quilibet debet habere possessionem distinctam a possessione alterius: potest enim stare pax in convivendo, etiam si omnia essent eis communia. Nec etiam supposita iustitia illorum, qui convivunt, est necessaria illa consequentia. Sed tamen possessiones esse distinctas pro personis iustis valde consonat pacificæ conversationi: iustis enim magis curant bona sibi propria, quam bona communia; & magis vellent appropriare sibi communia bona, quam communicari; & custodibus communitatis, & ita fiet. Iis, & turbatio: & ita est certo in omnibus Iustus positivus, quod licet sit aliquod principium, quod est fundamentum in condendo alias leges, vel Jura, tamen ex illo principio non simpliciter sequuntur leges positivæ; sed declarant, sive explicent illud principium quantum ad certas particulas, quæ explicationes consonant valde principio naturali universali. Sic igitur omnia recolligendo, primo negatum est omnia præcepta secundæ tabule esse de lege naturæ, strictè loquendo. Secundo concessum est duo prima primæ tabule esse de lege naturæ, strictè loquendo. Tertio dubitatum est de tertio primæ tabule præcepto: & quarto concessum est omnia esse de lege naturæ, latge loquendo.

Contra primum illorum arguo, (a) quia secundum Apostolum ad Roman. 13. *Non adulterabis: Non occides; & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuat: Dilige proximum tuum sicut te ipsum*: igitur in ipso præcepto, *Dilige proximum tuum*, includuntur necessario præcepta secundæ tabule: hoc enim videtur Apostolus ibi probare expresse: Unde in fine concludit: *qui diligit proximum, legem impletis*. Hoc probatur auctoritate Salvatoris. Matth. 22. *in his tota lex pendet & Prophetae*; sed dilectio proximi necessario sequitur ex hoc principio necessario, *Deus est diligendus*; igitur a primo ad ultimum omnia præcepta secundæ tabule sequuntur neces-

fario ex primo precepto primæ tabulæ: & ita si precepta primæ tabulæ sunt strictæ de lege naturæ, quia includuntur in primo precepto primæ tabulæ, sequitur quod præcepta secundæ tabulæ erunt etiam strictæ de lege naturæ; licet sint conclusiones ejusdem principii. Probatio assumptæ patet ex dictis *diss. 28* ubi probatur dupliciter, quod perfectio amor Dei non potest esse zelus, appropriata loquendo: quia amor boni communis ut appropriari sibi soli, est inordinatus: amor etiam alicujus volentis dilectum diligere, est imperfectus: ergo sequitur, quod si Deus est pericite, & ordinare amandus, quod amans Deum debet velle proximum diligere Deum, & hoc volendo diligit proximum: hoc enim modo solum diligit proximus ex charitate, sicut dicitur ibi: ergo. Ad hoc potest tripliciter responderi. Primo modo quod illud præceptum. *Diliges Dominum Deum tuum*, non est simpliciter de lege naturæ, inquantum est affirmativum; sed inquantum est negativum prohibens oppositum: non odire enim est simpliciter de lege naturæ; sed est aliquando amare: dubitatum est supra in tertio precepto: nunc autem ex illa negativa non sequitur, quod volendum est proximum diligere Deum; licet sequeretur ex affirmativa illa, de qua non est certum, quod sit de lege naturæ, strictè loquendo.

Secundo potest responderi, quod ex illo precepto *Diliges Dominum Deum tuum*, non sequitur quod debeam velle proximum diligere Deum; & cum probatur, quia zelus non potest esse amor perfectus, & ordinatus. Respondet, non debeo velle bonum communi esse illi cuius tantum, & ita non amari ab alio; sed non oportet me velle illud bonum esse alterius, puta quia non placet illi illud bonum, esse ejus: sicut Deus prædestinat unum, & non alterum, vult bonum esse prædestinati, & non alterius. Et per idem ad illud, quod perfecte diligens vult dilectum diligere. Potest dici, quod hoc est verum ab eo scilicet, cujus amicitia placet dilecto: non autem est certum ex lege naturæ de quoconque, quod ejus dilecto acceptetur a Deo dilecto. Tertio potest dici, quod licet sit de lege naturæ strictè proximum esse diligendum, sicut prius exposuimus est, id est, simpliciter esse volendum proximum ipsum diligere Deum, quia hoc est diligere proximum: tamen ex hoc non sequitur præcepta secundæ tabulæ, puta quod nolendum sit ipsam odire, quoad bonum persone proprie, vel quod nolendum sit adulterari, quoad bonum persone conjunctive sibi: vel quod nolendum sit iurari quoad bonum fortune, quo ille utitur, quod exhibenda sit parentibus reverentia tam in honoribus, quam in sustentationibus, & ita de aliis præceptis secundæ tabulæ: quia possibile est me velle proximum diligere Deum, & tamen nolle, vel non velle sibi vitam corporalem, vel servare fidem conjugii, & sic de aliis, & per consequens possunt ista duo stare simul, scilicet velle proximum diligere Deum, sicut ego debeo Deum diligere, sicut quoddam verum necessarium conclusum ex principis prædictis: & me nolle proximo hoc bonum, vel illud cuius est expressivum præceptum secundæ tabulæ, cum non sit verum necessarium. Et tunc

ad

ad auctoritates Pauli, & Christi potest dici, quod Deus nunc de facto explicavit dilectionem proximi altera illud, quod includit inquantum sequitur ex principii legis naturæ; ita quod licet, ut concluditur ex principii legis naturæ, non contineat nisi velle proximo ipsum diligere Deum in se: tamen ut explicatum est, includit esse volendum bona illa, vel saltem esse non volendum proximo mala opposita: ut iniquis sibi auferre vitam corporalem, sicut conjugii, bona temporalia. Verum est ipsius, quod diligit proximum, legem implere, eo modo scilicet, quo lex explicata est debere servari; licet non eo modo, quod dilectio proximi concluditur ex primis principii legis naturæ: & a simili, tota lex quantum ad secundam tabulam, & prophetæ pendente ex hoc precepto. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, intelligendo tale præceptum, non ut sequitur ex optimo principii prædictæ legis naturæ; sed ut Legislator intendit debere illud servari, prout explicatur in præceptis secundæ tabulæ.

Ad argumenta principalia, Primum est pro me, quia probat quod præcepta secundæ tabulæ non sunt de lege naturæ, strictè loquendo.

Ad secundum, dico quod etiam Deum esse posse concludi rationis naturalis ex principii per te notis: tamen illi populo rali, & inexcitato in intelligibilibus non erat hoc novum nisi ex lege: unde ad Hebr. (2) *Opportet accedere ad Deum credere quia est*, intelligi si non habere, nec habere posse ad hanc notitiam de Deo: Ita, est aliqua concupiscentia positi concludi esse contra legem naturæ; hominibus tamen corruptis non erat notum esse contra legem naturæ: ideo necessarium fuit explicare per legem datam. Vel aliter concupiscentiam prohibentur per præcepta secundæ tabulæ: & de illis concessum est, quod non sunt per se nota. Ad aliud dico, quod in omni statu servabantur, & servari debent illa præcepta. In beatitudine quidem erit summa observatio illorum affirmativorum, nisi forte illius solius de honoratione patrum; non quantum ibi sit voluntas honorandi, sed quia non erit necessitas inpendendi altum hujus, scilicet prout honor ille extenditur ad sustentationem necessariam, quia ibi nullas indigebit auxilio. In statu innocentie, & ante legem scriptam tenebantur omnes ad ista, quia erant scripta inreus in corde, vel forte per aliquam doctrinam exterioriter datam a Deo, quam dicebant patres, & derivabant in filios; nec oportuit ea scribi in libro, quia poterant illa facillime memoriter commendare, & retinere, quia populus illius temporis erat longioris vitæ, & tunc melioris dispositionis in naturalibus, quam populus temporis posterioris; quo tempora infirmitas populi requirebat legem dari, & scribi. Et ad aliud, quod tangebatur in primo argumento de filiis Israel spoliatis Ægyptos, potest dici, quod ibi non dispensavit contra præceptum de iuro, quia ipsi non accepterunt simpliciter alienum: tunc, quia Deus erat superior Dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos, etiam invitatis inferioribus dominis, & hoc modo non peccavit Christus li-

Z 2

cen-

centibus in porcos intrare demones, qui statim precipitati sunt in mare: non enim iniuste privavit illos porcos suis: tum etiam, quia filii Israel servum Aegypti meruerant tanta recipere, licet Aegyptis non esset ea reddere: & tunc per superiorum iudicem poterunt compelli, de cuius licentia filii Israel poterunt iuste, & licite accipere.

Ad illud in oppositum de Canone debet intelligi de lege large loquendo & hoc de præceptis secundæ tabulæ.

## DISTINCT. XXXVIII.

**C**irca istam Distinctionem trigésimam octavam, in qua Magister agit de quibusdam peccatis pertinentibus ad explanationem quinti præcepti, puta de mendacio, & per iurio, quæ in illo præcepto prohibentur, quaeritur.

## QUÆSTIO UNICA.

Utrum omne mendacium sit peccatum?

**Q**uod non, Genes. 22. Ego, & puer illic usque properaveris; postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Sed ipse intendebat occidere puerum, quia erat præceptum: igitur intendebat puerum non revertitur secum; igitur dixit oppositum ejus, quod habuit in mente; igitur mentiebatur. Nec est verisimile, quod tunc peccaverit, quando exquirebatur talem obedientiam, pro qua tantum a Deo commendatur.

Præterea, hoc probatur per multa exempla alia, Genes. 27. dixit Jacob se esse primogenitum, quod tamen sciebat esse falsum.

Præterea, Genes. 47. dixit Joseph fratribus suis, Per salutem Pharaonis exploratores estis; a) & tamen sciebat oppositum esse verum. Idem etiam testens fratres suos de phyo invento in loco Benjamin, dixit se angurari in phyo, cum tamen non esset augurator: quia non licuit augurari habentibus legem Dei.

Præterea, Rahab mentiebatur de illis exploratoribus, Josue 2. & Judith similiter, Judith. 18. & Rachel Strathens sibi stramenta camelæ super Deos patris sui: dicens sibi accidere secundum consuetudinem mulierum Genes. 31. Obstrictæ etiam mentiebantur dicentes Exodi primo de mulieribus Hebræis, quod scilicet haberent artem obstrictandi, nec videntur in hoc peccasse, quia bene fecit eis Deus, & edificavit eis domos; non retribuit autem bona pro malis: ergo.

Præterea, non est majus peccatum simulatio in verbis, quam in factis: imo sicut facta sunt evidentiore signa, quam verba, ita si est falsitas utrobique, vituperabilior videtur esse falsitas facti, quia magis

magis præterdit illud, quod est in anima, quam falsitas verbi; sed mendacium, sive simulatio in facto non ponitur temper esse peccatum; sicut patet in illo facto David 1. Regum 21. (a) qui coram Achis simulabat se irure. Jehu etiam 4. Regum, simulabat se colere Baal; cujus tamen cultores voluit destruire: nec in illa simulatione vituperabatur, sed magis laudabatur, quia videbatur habere zelum Dei contra Baal.

Contra est Augustinus in libro de mendacio, & adducuntur auctoritates ejus in litera.

Præterea, quod omne mendacium sit peccatum mortale, proba, quia est contra illud præceptum legis nature: Non facies alii, quod tibi non vis fieri: nullus autem vult se decipi a proximo, quando proximus debet sibi exprimere conceptum (tuum): igitur nec alteri debet aliter lacere. Præterea, quicquid est contra aliquam virtutem necessarium, vel ejus adum est peccatum mortale: mendacium est hujusmodi, quia est contra veritatem, quæ est virtus contenta sub iustitia: verax enim communicat proximo, quod est communicandum, scilicet conceptum cordis sui, sicut est: mendax autem non, sed subtrahit illud, quod in loquendo debet communicare: quia ad hoc loquitur ut conceptum suum exprimat, & illud non exprimit, sed oppositum. Præterea, mentiri est abuti voce, quia ad hoc voces inventæ sunt secundum Platonem in Timæo, ut prælo fiant voluntatis indiciæ; mentientes autem non utuntur vocibus tanquam indiciæ voluntatis, sed oppoliti. Præterea, hoc videntur dicere auctoritates quædam Augustini in libro prædicto, quod adducuntur in litera.

In ista questione tenetur communicari ab omnibus, quod ipsa mendacium est peccatum. Quod persuadet ratione Augustini libro contra mendacium, stultum est credere illi, cui licet mentiri: sed multis est credendum, alioquin totaliter periret convictus humanus, & manifestatio conceptum, & affectionum mentis: igitur illi quibus est credendum, non licet mentiri. Ratio autem quare hoc est, ponitur diversa a diversis.

Quidam dicunt, quod ideo necessario mendacium est peccatum, quia necessario (b) avertit a Deo, qui est veritas, & mendacium est contra veritatem. Sed contra, mendacium non opponitur immediato primæ veritati, sed veritati alicujus rei, de qua loquens mentitur; sicut igitur malitia opposita alicui bono creato, non necessario avertit a bono creato: ita nec falsitas opposita cuicunque veritati inventienti primæ veritati, avertit a prima veritate. (c) Alter dicitur, quod actus dicitur bonus, vel malus in genere moris ex objecto, quia genus sumitur a potentia, & est etiam potentiale respectu differentiarum: primum autem, propter quod actus constituitur in genere moris, ut ulterius possit determinari per alias circumstantias quali per differentias; est objectum: nam ultra bonitatem nature, quam habet

Z 3

a 4. Reg. b Per. de Taran. hic q. 4.

c D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 2.

actus ex quaditate sua: prima, quod determinat ipsam, ut sic negativis potentialiter, & materialiter, est obiectum: Tunc ad propositum dicitur, quod actus malus ex genere nunquam potest esse bonus, qui nulla circumstantia adveniens potest tollere malitiam illam, neque habere ex parte obiecto, quia omnis circumstantia alia, præsupponit obiectum: mentiri est actus malus ex genere, quia transit super materiam convenientem actui: nam materia conveniens actui, loquendo, debet esse verum, vel creditum esse verum: in mentiendo autem est materia opposita.

Contra hoc, non magis est materia debetia locutionis, quando eroditur omnia esse falsa, quam sic illicita materia occisionis mors hominis innocentiis, & utilis Republicæ: sed tantibus istis conditionibus ex parte materie, scilicet hominis, &c. potest fieri licitum occidere talem hominem, puta si Deus revocet illud præceptum: *Non occides*, sicut dictum est in *g. præcedenti*, & non solum Abraham, sed meritum: puta si Deus præcipiat occidere, sicut præcepit Abraham de Isaac: igitur a simili, vel a iniori potest fieri licitum proferte orationem creditam esse falsam, vel præceptum revocetur: quod videtur esse de non decipiendo: sicut fit revocetur præceptum de non occidendo: quia non magis ligat hoc præceptum, de non decipiendo, quam illud præceptum de non occidendo: minus enim malum est auferre proximo opinionem veram, vel occasionaliter generare in eo opinionem falsam, quam auferre sibi vitam corporalem, imo non est quali comparatio: Confirmatur, quia si mentiri habeat necessitate malitiam ex hoc: quod transit super talem materiam: igitur mentiri non prohibetur per præceptum secundæ tabule: quia in secundæ tabula non prohibentur nisi mala proximi. Illud autem per te, non est malum tantum: quia nocet proximo: quia tunc, ut argutum est cum sit minus malum, quam occidere hominem, ita esset possibile, quod hoc non haberet rationem mali, sicut illud, imo possibilis: igitur est contra præcepta primæ tabule: quod non videtur prohiberi, quia non avellit immunditate a Deo: sicut nec actus oppositus haberi immediate Deum pro obiecto, loquendo de aliquo vero indifferente. Præterea, si dicens hanc orationem, *ille currit*, esset deceptus, & crederet illud esse verum, adus dicendi transiret super eandem materiam, sicut si non esset deceptus: & tamen credens esse verum quod dicit, non peccat: igitur non est ibi malitia ex obiecto, super quod transit.

Alter dicitur quod *mentiri* a ex ratione sua dicit intentionem malam: quia intentionem decipiendi: licet autem aliquis actus non includens intentionem malam, possint aliquando esse boni ex aliqua bona circumstantia: actus tamen includens secum intentionem malam, nunquam potest esse bonus, quia includit formaliter malum *velle*: ita est in proposito. Hoc potest exponi sic, quia licet actus positivus, & malitia non fiat unum per se, nec in re, nec in conceptu: potest

ta

amen aliquod nomen inponi a significanda nec actum solum, nec deformitatem illam, sed totum simul. Sicut hoc nomen a *subteritum* impositum est ad significandum non tantum actum naturalem coempti, sed cum deformitate, scilicet cum aliena. Et similiter hoc nomen *farum* impositum est ad significandum non solum receptionem alicuius rei alienæ, sed etiam contra voluntatem ejus, ejus est, & ejusque alicuius superioris de nioi: talia tota impotente per humani nomina non videntur posse esse bona: sed illud, quod est si ubi frustratum, puta actus coempti, vel accipiendi talem rem possibile est esse sine tali deformitate. Ita in proposito, licet prolatis talium, vel talium verborum quantumcumque significatarum, possit esse sine peccato: tamen prolatis eorum cum conscientia oppositi, & per consequens cum intentione fallendi non potest esse sine peccato, qui includit actum subteritum cum circumstantiis ipsam necessitate deformantibus. Assumptum patet, quia istam orationem: *si dixeris, quia non scio eam (a) ero similis vobis mendax*, promittit Christus, sed non assertive. Quæcumque etiam verba latina quantumcumque falsa possent unus Græcus proferre sine peccato.

Secundo, videndum est quæle peccatum sit mendacium, & licet distinguatur multiplex mendacium, ad propositum tamen sufficit distinctio trinitatis, scilicet perniciosum, officiosum, & jocosum. Perniciosum est, quod est nocivum ex se, vel nocet qui mentior, vel de quo mentior, & hoc nocivum est quantum ad religionem Christianam, puta circa fidem, vel mores, tunc est peccatum mortale: si quantum ad vitam corporalem, vel quantum ad solum conjugalem non servandam sibi: vel quantum ad prolem vel personas quantumcumque, vel qualitercumque sibi conjunctas auferendas: vel quantum ad alia bona temporalia, secundum quod plus, & minus nocet, quod pensatur ex bono cuius est ablativum, secundum hoc pensatur gravius, & minus grave: & universaliter omnia tale mendacium ex deliberatione dicitur, est peccatum mortale cunctique. Prohibetur enim simpliciter illo præcepto: *(b) Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Non enim testimonium est præcis in judicio, sed quantum aliquis ex certa deliberatione asserit quod ignorat, vel utius oppositum scit. Quicumque igitur cum intentione decipiendi illam, cui profert oppositum ejus quod scit, vel credit esse verum, & sic dicendo intendit nocere illi cui loquitur, vel de quo loquitur, dicit falsum testimonium contra proximum. Utrum autem in delib. ratio exculset, tangetur quæstione sequenti. Officiosum est, quod nulli nocet, & alicui utile est. Jocosum autem non est narrare fabulas, de qua omnes audientes sciunt quod non est verum, nec narrat ut tantum verum ubi nec audiens decipitur, nec loquens intendit decipere, nec sermo est de se deceptivus: quia non est talis, qui in natura credi ab audientibus sed magis, ut sciatur esse dictum sine opinione fallendi alicui de veritate: sed mendacium jocosum est.

Z 4

quan

quod aliquis jocando intendit decipere, ita quod deceptus vere agnoscitur: non tamen in aliquo, in quo sibi nocuumentum magnum inferatur; in quo etiam jocantur illi, qui sciunt ipsum decipi. Et si militer potest ipse jocari, quemadmodum dicit Augustinus in ille de mendacio Ioseph, qui veraciter, &c. tamen ipse (a), qui seivit veritatem jocari potuit de ipsorum deceptione, & timore, quem incurreret decepti, etsi qui alii hoc seivissent, perciperent tandem ipsam non seriole, sed jocosè iustè locutum (b). De istis duobus officio, & jocofo, conceditur communiter, quod nactum est peccatum morale in vitis imperfecis, quia necutum ex se est contra charitatem, nec contra aliquid de re sequitur ad statum talium personarum. Sed in vitis perfectis dicitur a quibusdam utrumque esse peccatum morale; quia auertunt eis auctoritatem ne credatur eis, & in hoc iacitur statum suum violere, & etiam obfunt audientibus propter scandalum. Contra illud secundum arguitur, quia nulla circumstantia facit quod est veniale in uno, & esse mortale in alio, nisi illi alius necessario obligetur ad illud, ad quod non obligatur alter; sed vir perfectus non obligavit se ad veritatem servandam in verbis, aliquo voto, vel juramento, plus quam quicumque Christianus scilicet est communitaria persona, ex quo ipsa non est specialiter obligata, non transit veniale in mortale.

Hic potest dici distinguendo, quod quedam est persona perfecta in statu perfectionis excedende, sicut Prælator; quedam in statu perfectionis acquitende; ut Religiosus. De prima persona potest concedi quod excedendo actus qui competant sibi ratione talis status perfectionis, pura docere, judicare, prædicare, utrumque mendacium esset in eo peccatum mortale: quia auertit auctoritatem doctrinæ, quam prædicat iuxta illud Augustini in ep. ad Hieron. *Si ad Scripturas sacras admissa fuerint: quantum unquam tota mendacia, nihil remanet in eis soliditati.* Pata si Prælator prædicans miticat mendacium jocosum, nihil soliditatis remanet in doctrina illa: potest enim qualibet dubitare de quocunque dicto ab eo, sicut de mendacio: vel quia ratione non assentitur illi mendacio jocofo, pari ratione, nec illi dicto ab eo & ita peribit auctoritas Doctorum in docendo, & utriusque populi audientis. Commisit peribit auctoritas in iudicio solemniter, & intelligitur, quod illud mendacium non percipitur esse dictum sermone a actu docendi, vel iudicandi: dum enim aliquis sedet ad iudicandum, potest aliquam tractam miscere, quæ ex modo loquendi scitur non esse de iudicio (c). Videtur tamen, quod unicum mendacium jocosum, vel officiosum non impedit auctoritatem docentis, vel iudicantis: sed tale mendacium iniquitatum, vel consuetudo sic mentiendi; sed tunc cum secundum iura binus actus inducitur consuetudinem, sequitur quod actus secundus sit peccatum mortale.

tale, & non primus: cum tamen secundus sit omnino similis primo, ut videtur secundum omnes circumstantias. Quidquid sit de uno, vel de pluribus in docendo, iudicando, & prædicando, saltem utriusque mendacium in actibus aliis a prædicando, & iudicando, non esse eis peccatum mortale, excludit ratione scandali. Sed de illo qui habet statum perfectionis acquitende non excedende, videtur aliud dicendum, quia talis non videtur obligari ad aliqua, quæ sunt perfectionis plus cæteris nisi ad illa, quæ vovit, non enim assumptus sit: cum cura pastoralis, est idco nec actuum pertinentem ab personam: igitur talis si non exerceat actus perfectionis, cuiusmodi sunt docere, prædicare, & iudicari, non videtur plus peccare mortaliter in mendacio officioso, vel jocofo, quam alius Christianus; nisi arte præter scandalum iusta impericium communis: sed facta non debent iudicari talis personæ quam personæ communis: sed facta non debent iudicari esse talia, qualia sunt ex scandalo consequente, vel non consequente: Universaliter enim secundum legem Evangelicam vitanda sunt quæcumque scandala pusillorum, secundum illud Matth. *Ve homini illi, per quem scandalum venit, scandala autem Phariseorum non in data, sed accepta (a), non sunt vitanda, iuxta illud Matth. dicentibus discipulis: Scit quia Pharisei, audito hoc verbo, scandalizati sunt? (b)* Respondit Christus: *Scite illos: cæci sunt, & ducunt cæcorum, sive igitur in factis indifferentibus ex se, quale est comedere carnes, de quo Apostolus. Cor. 8. Si frater meus scandalizatur, non manducabo carnes in æternum. Sive in factis, quæ habent aliquam malitiam, pura veniale, tamen nata sunt scandalizare occasionaliter pusillos præfentes vitanda sunt propter scandalum: sed hoc non possumus iudicare quale sit illud factum ex natura facti in se. Quantum est igitur ex natura mendacii officiosi, & jocofo in factis fecundo modo dicti, non videtur quod talis obligeat ex professione sua ad vitandum tale peccatum plus quam quicumque Christianus verum tamen si recta dicit, quod actus eius unicus, vel frequentatus, sit scandalum audientibus, quævis consimilis actus in alio non esset scandalizatus; ille tenetur ex charitate proximi vitare scandalum, sicut tempore perfectionis, tenetur pastor non fugere quandoque, sicut illi Joann. (c) *Mercurius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit, &c.* (d) quod Augustinus bene pertrahit in Epist. illa. *Quere Hent. quod. 15. q. 18.* Alius autem, qui est in statu perfectionis acquitende, & qui non est pastor, non tenetur ex necessitate non iugere, si potest aliter fieri: sed tenetur non scandalizare proximum iugendo: & quandoque eius fuga scandalizativa esset, quando fuga inhærenti non esset scandalizativa: iudicarent enim proximi ex fuga eius, quod ex quo talis, qui tam auctivam vitam eligi non exponit vitam suam pro fide defendenda, non esset vita exponenda pro tali causa, vel quia non bene sentit de fide.*

a Gen. 42. b De Ben. præsid. q. 4. c Vide extra de causa pos. & prope. c. cum Eccl. 3 in. cxi. 18. in gl. 18. q. 12.

Ad argum. Ad primum dico (a), quod Abraham non dixit contra illud, quod habuit in mente; nam licet retort Iosephus in *libro Antiquit.* dum itet solus cum filio relicto pueris, informatum eum, qualiter fuerit miraculis conceptus, & qualiter si esset immolatus, Deus eum miraculose resuscitaret; & hoc eod. dicitur fitur et expectatio, quia non dubitavit de promissione Dei: *in Isaac vocabitur tibi semen.* Ipse igitur licet intendat immolari Isaac, credebat tamen illum miraculose resuscitandum a Deo, & secum reverturum ad patres. Unde etiam, cum dixit, *revertetur ad vos*, dixit quod habuit in corde. Nec est imponendum facilliter mendacium aliquod Abraham, cuius verba sunt valde exemplaris (b). Ad illud de Iacob, licet aliqui conentur multum salvere eum, & aliquos Patres veteris Testamenti non fuisse mentitos, cum tamen in alio concedant eos habuisse legem imperfectam, & gratiam modicam respectu nostri, qui & legem habemus perfectam, & gratiam superabundantem; & de nostris non negatur aliquando mentiri, vel fuisse menditios; non videtur multum rationale negare illos quandoque fuisse mentitos, vel potius mentiri. Quod si ita est, cessi laudemus bona facta eorum, & illa sumamus in exemplum; mala autem nec recipimus in exemplum, nec pernitenter excusamus; dicitur tamen quod tales sermones possunt figurative intelligi, vel sub alio intellectu, quam verba primo expriment; sed circa tales infidelitas non oportet immorari. Ad illud tamen de Ioseph, quia ipse erat perfectus servator legis divine, potest dici, quod eius mendacium contra fratres non fuit nisi iocundum; quod patet ex eventu (c); in fine enim aperuit fratribus veritatem, & interim dum terret eos panis, eos secum ducit quod meruerant puniri: illa enim prodigio, qua vendidit eum in Aegyptum bene intravit, non tantum illo timore, sed majori poena panis.

Ad aliud de Rahab, & Rachele, & obstrictibus, non oportet eas excusare: non enim in Scriptura commendatur factum earum, quantum scilicet ad mendacium, licet prudentia ipsius Rahab, qua sibi, & suis procuravit salutem, commendetur. Quod autem dicitur de obstrictibus quod Deus edificavit eis domum. De hoc sunt opinionis sicut recitat Magister historiarum super illum locum, & forte illa est probabilior, quae dicit illas habuisse bonum motum pietatis, & propter illum remuneravit eas Deus temporaliter, quia peccatum antecessum demeruit non remunerarentur aeternaliter. Vel probabilius dici potest, quod mendacium illud fuit officiosum, quia utile ad salvandum parvulorum Iudaeorum, & nulli nocivum; & Deum remunerasse eas pro bono motu, & tamen non abesset illis vitam aeternam pro illo peccato, quod erat in eis veniale. Sed tunc est dubium si quandoque eligendum sit mendacium veniale cum magno motu pietatis, an simul utrumque suscipiendum? Secundum videtur, quod veniale

nul

a Excusat Abraham a peccato mendacii. Gen. 21. b D. Tho. & Henr. Non excusat Jacob a peccato mendacii. c Quare Liran. Non excusat Rahab, nec Rachele, nec obstricti a mendacio.

nullo modo est eligendum. Petitioni videtur probari, quia veniale delectabitur quaecumque vel in vita ista, vel post: mors autem magnus; qui est magni meriti; meretur aliquem gradum praemii, qui erit extraneo: sed propter quaecumque malum, quod est ex se temporale, non videtur optatum aliquid, quod est ex se contra sui bonum. Haec quaestiones demitto. De obstrictibus autem teneri potest ad propositum quod non peccabant, nisi venialiter, quia mendacium eorum erat purius officiosum: & motus pietatis, si insensere sibi alia requisita ad meritum, fuisset meritorius vitae aeternae, & etiam alicuius boni temporalis, quia Deus pro tempore illo remuneravit colores suis bono temporalis.

Ad illud de Iudith, dicitur quod ipsa in nullo mentiebatur, quia verba illa excessiva, quae dixit, non dixit Holoferni, sed Deum tenebatur autem necessaria loqui extraneo secundum intentionem recipientis: sed poterat loqui secundum propriam intentionem loquentis. Loquendo tamen Pealato, qui tenebatur bona fide loqui, & respondere, videtur quod oportet loquentem loqui, & respondere ad intentionem quaerentis: ita quod si ei respondendo dicit aliqua verba, quae sunt falsa, si dirigantur ad audientem, vera autem si dirigantur ad Deum; non loquitur veraciter, quia in casu illo non licet alloqui Deum. Sed hoc posito, nihil videtur certum in humana loquela, nec aliquis videtur habere certitudinem de loquela proximi sequentis, saltem nullus videtur mentiri quid iudicatur in secunda persona, dum tamen illud possit verificari dirigendo illud in Deum, & non ad extraneum. Quod si teneat tibi Peal to dicere verum, & non extraneo, tunc non dicendo tibi verum, possum esse inobediens, vel mentiens; non dicendo autem extraneo, non esto inobediens, vel mentiens; sed non videtur quomodo si plus mentis loquendo tibi quam alteri. Si igitur verba ista excessiva dicta tibi non videtur rationabiliter posse salvari aliquo modo, non videtur magnum inconvencionem concedere eam fuisse mentiam officiosam genti lux, sed perniciosa illi, cuius mortem intendebat: illa tamen officiositas pertinet illi perniciosa; quia bonum republicae maxime colens Deum, praeterit bono temporalis privatae persona maximo infidelis. Huic etiam non obviat, quod in bellando contra quemque oportet servare fidem, ita quod infidelis, vel mendacium cuiuscumque Christiani in bello contra infidelem, damnatur, licet possit uti aliquibus cautelis belli, quae per se non repugnant veritati, ut Holoferni mendacium. Sed ipsa etiam se obtinet ad intentionem, ut Holoferni expectaretur in aspectu suo, & hoc volendo ipsum velle peccare secundum moraliter; & velle alium velle peccare moraliter et peccatum mortale. Unde non videtur omnino certum, quod excusata sit ab omni peccato mortali, & licet factum eius narretur in Scriptura, & recitetur in Ecclesia, tanquam laudabile, quantum ad aliqua, quae erant ibi religiositas, aliqua tamen ibi annexa, non laudantur, nec licent. Ad ultimum de simulatione, dico quod aliquis potest simulare multipliciter. Uno modo, per aliqua signa probabilia, ostendendo se ha-

bere



hera aliqua bona, quae non habet ut per vexationes, & orationes potest ostendere devotionem sibi in se, quae non inest, & talis simulatio est hypocrisis, & est peccatum. Alio modo potest aliquis simulare mala non in se sibi, & hoc dupliciter; vel ostendendo signa opposita illis malis: vel non ostendendo signa, quae communiter confueverunt sequi mala illa. Primum insitum videtur pertinere ad hypocrisis, puta si aliquis luxuriosus audiens loqui de mulieribus spuris, in signum castitatis, ostendens se habere oppotitum in corde. Secundum non est aliquid malum, imo si quae potest esse laus in malo, est laudabile: quia vituperabile est praedicare peccatum proprium, eo modo, quo dicitur de quibusdam, *Peccatores sum quasi Sodoma praedicaverunt, nec absconderunt*. Etenim malum licet esse malum in corde, addere tamen malum signum exterior est addere materiam malo. In indifferentibus autem potest aliquis iacere aliqua iacta, quae ex natura sua sunt signa alicuius; sicut sudare ex natura rei est signum fatigationis, vel alicuius resolutionis corporalis, & aliqua quae ex natura rei non sunt signa, sed scit ea concipi, a circumstantibus tanquam signa, sicut spumare, ita quod saliva decurrat per barbam, ex natura sua non est signum infanctae mentis; tamen potest aliquis scire illud iudicari, circumstantibus tanquam signum furiae; puta quia talia consequerent esse signa iuriosorum in terra illa. Universiter ergo de prima, & secunda simulatione, dico quod sunt peccata, & frequentes mortalia, quia hypocrisis simulatio tertia, dummodo aliud malum non concomiter, est laudabilis, ita quod homo non ostendat unum malum per aliud malum. In indifferentibus simulatio prima in aliquibus licet esse forte mala, non tamen graviter: puta si quis possit se facere sudare sine labore praevio, sicut quidam psallatores utuntur suis corporibus ad aliquos motus significantes aliquas dispositiones, quae non inveniunt eis, nec praecesserunt. Simulatio quinta, quae est secunda in indifferentibus, nullum peccatum est, & talis simulatio David. Simulatio tertia vero Iehu non oportet excusari: quia praeter illam simulationem, quae forte posset excusari, adduxit mendacia, dicens: *sacrificium mihi magnum est Baal*. Quod mendacium licet secundum intentionem suam esset quodammodo officiosum, quia destructivum cultus Baal: tamen ex ratio ne sua erat perniciosa, non solum quia procurativum mortis illorum, sed etiam provocativum, quantum erat ex se, ad cultum Baal: & licet ipse commendetur inquam detestabatur, & profesquebatur cultum Baal, vituperatur tamen, quia non recessit e cultu Ieroboam, nec iurit verus cultor Dei Israel.

## DISTINCTIO XXXIX.

Circa istam Distinctionem trigessimam nonam, in qua Magister agit de perisio, quaeritur.

QUAE-

## QUESTIO UNICA.

*Verum omne perisium sit peccatum mortale?*

Quod non, quia potest quis jurare quod illicitum est implere: quod autem est de se illicitum, non sit licitum per iuramentum: igitur post iuramentum illud renitens illicitum, & ita implendo quod iuravit, peccat mortaliter: igitur non implendo illud, non peccat mortaliter, quia nullus est perplexus in lege Christiana, ut scilicet faciendo aliquid, vel non faciendo, peccet mortaliter: quod videtur dicere perplexum: & tamen ille non implendo quod iuravit, peccat: igitur illud perjurare non est peccatum mortale. Praeterea, gravius est jurare per Deum, quam per Evangelium, sicut patet per *Salvatorum Matth. 23*. majus est jurare per templum, quam per aurum, quia majus est templum, quod sanctificatur aurum, quam aurum, quod sanctificatur per templum, & hoc quantum ad reverentiam: igitur si perjurare est peccatum mortale, perjurare per Deum est maximum peccatum mortale: igitur communes personae tota die peccant mortaliter, quia pro nihilo habent jurare per Deum, etiam asserendo falsum, quod videtur durum. Praeterea, non omne iuramentum promissorium obligat necessario: igitur nec ibi perisium est peccatum mortale. Antecedens probatur primo de iuramento coactio, (a) *Extra de iurejurando cap. Verum*; de iuramento autem doloso patet, quod jurans non intendit se obligare nullis autem se obligat, nisi intendat se obligare. De istis duobus simul probatur per simile de matrimonio. Nam consensus coactus, & dolosus non obligat aliquem, vel aliquam ad matrimonium. De iuramento incauto probatur, quia si implet illud, fit in peccatum exitum: igitur malum est implere. Contra, *Matth. 5. Non perjurabis reddes autem Domino Deo iuramenta tua, & in Psalm. 75. Vocetis, & reddite, &c.*

In ista quaestione primo videndum est de ratione iuramenti: & sciendo ex hoc, quod perisium est peccatum mortale: tertio de distinctione iuramenti, & qualiter iuramenta specialia sunt peccata. Quantum ad primum dico, quod iuramentum est assertio dicitur humanae, quae ipsum sit verum, & hoc ultimat, iuxta illud ad *Hebr. 6. Omnis controversia finit ad confirmationem est iuramentum*. Homo enim sciens hominem esse invidentem, & ignorantem, & per consequens posse fallere & falli, non potest certam fidem adhibere dicitur suis: & ideo inventus est modus asserendi dicitur, adducendo alium in testem, qui est verax, & sciens, qui nec fallere, nec falli potest, quod fit dum in jurando adducitur in testem assertio iurantis ipse Deus, qui sit veritatem, & mentiri non potest. Et ex hoc sequitur

pro

a Vide 22. q. 4. *Extra de iurejurando perisio, & quanto in glo. 2. q. 4. si quis. Extra de his qui vi aut metui causa cap. si Abbas, & extra de sponsal. cap. Cum locum.*

proprium de peritio, quia adducere Deum tanquam testem suum, est facere irreverentiam Deo, vel adducere eum tanquam ignorantem veritatem; & ita non omniscientem, vel adducere eum tanquam volentem testificari, quod falsum est: utroque autem modo sit irreverentia Deo immediate contra illud præceptum primæ tabulæ: *Non accipies nomen Dei tui in vanum (a)*, & ideo utroque modo; si ex deliberatione fiat, est peccatum mortale.

Sed hæc sunt duo dubia. Unum an deliberatio excuset a peccato mortali. Secundum, an adducere Deum in testem modo prædicto, ad aliquid, quod credit esse verum, licet non sit, puta ad aliquid, de quo habet aliquam opinionem, & magis alium illi parti, pro qua jurat, peccet mortaliter. Quantum ad primam, communiter conceditur, quod unicum periculum leve non est peccatum mortale: tamen ex consuetudine perjurare est peccatum mortale, & hoc videtur posse poni, quia habitus generatus ex multis actibus, inclinat ad graviores actum, quam sint præcedentes. Contra hoc, si primus actus perjurandi non est peccatum mortale, igitur nec quicumque actus, etiam ex quo:unque habitu fiat, quia habitus inclinans non potest facere graviores culpas: nam si quis acquisivit magnam habitum ex multis actibus incontinentiæ, & postea penitet, si post penitentiam habeat aliquem motum incontinentiæ, licet ad illum inclinet magnus habitus, non tamen in eo est peccatum mortale, imo nec gravis mortaliter, quam esset in alio nullum habitum habente. Confirmatur, quia habitus non potest esse gravior (si quam gravitatem habet) quam actus, ex quibus generatur; cum, propter loquendo, nullam gravitatem culpabilis habeat, nisi ex actibus: cum igitur actus, ex quibus generatur, sit venialis, & habitus iste non faciat aliquam gravitatem mortalem in actibus elicitis ex habitu.

Videtur ergo posse dici, quod habitus, vel consuetudo nihil facit ad propositum. Sed periculum ex pleno contentu est contra præceptum primæ tabulæ, & per consequens immediate advertens a fine ultimo, & ita nihil deficit sibi de ratione peccati mortalis. Si autem fiat periculum indeliberate quatenus nunquam irrequiritur fiat, cum actus meritorius requirit quod sit plene humanus, & hoc est esse ex plena deliberatione, & actus demeritorius non tantum requirit illud (non est enim Deus pronior ad condemnandum, quam ad parcendum) potest dici, quod illud periculum indeliberate etiam quocumque iteratum, non est peccatum mortale. (b) Advertendum tamen, quod sicut dictum est supra de virtuosio, quod habet brevem deliberationem, quæ non videtur deliberatio, quia habet prudentiam magnam, quæ promptus est ad deliberandum, quæ in tempore imperceptibili: ita potest aliquis ex habitu opposito acquirere facilitatem deliberandi promptæ de opposito, & quasi in tempore imperceptibili, & talis deliberatio esset sufficiens ad rationem peccati, licet est insufficientis ad rationem meriti. Non igitur distinguo quantum ad rationem peccati mortalis inter raritatem, & frequentiam peccati: sed inter deli-

deliberationem, & indeliberationem: ita quod deliberatio conatens reddi peccatum mortale, & hoc, sive iocul, sive quocumque: & indeliberatio excusatur etiam, sive iocul, sive quocumque.

Quantum ad secundum dubium dico, quod ille cui juratur, aut concipit ex lege positiva, vel ex consuetudine juramentum tanquam simpliciter asserivum jurati: aut non tanquam simpliciter asserivum, sed tanquam probabiliter inductivum ad credendum jurato. Primo modo dico, quod jurans quomodocumque dubium, hoc est, quod non est simpliciter certum, peccat mortaliter: quia ad confirmationem illud, quod asserit esse simpliciter certum, & verum, inducit Deum testem, cum tamen illud non sit simpliciter certum. Et hoc modo debent intelligi omnia juramenta illorum, qui jurant in iudicio, pro quorum testimonio consuevit ferri sententia: qualis non debet ferri, nisi illud asseritum esset, ut simpliciter certum v.g. sententia mortis non debet ferri, nisi pro crimine certo: igitur jurans illum criminofum, cum non sit certus de hoc, quantumcumque conjecerit eum esse talem probabiliter, & jurans hoc in tali foro, ubi ex lege positiva, vel consuetudine sequitur condemnatio ad mortem, peccat mortaliter. Confirmatur in foro quocumque, ubi ex hoc, quod aliquis vincitur per jurantes, condegnatur ad rem simpliciter: ibi enim non tantum fit irreverentia non solum Domini contra præceptum, tabulæ: sed etiam est quid perniciosum, quia nocivum proximo. Et si dicas, quod est utile republicæ, alioquin mali nimis multiplicarentur. Respondet Deus, (a) *Iuste quod iustum est, exequere*. Sunt enim quedam mala, quæ non sunt punienda per homines, sed relinquenda iudicio divini, puta omnia, quæ homo ut homo, non potest sufficienter scire, & de quibus non potest sufficienter doceri veritatem, eo modo, quo debet doceri ad hoc, quod iuste ferretur sententia debita puniunt. Nec in istis sunt culpabilis soli testes, sed etiam iudex. Si tamen ipse sciat, quod ex consuetudine testes non testificantur sub juramento, nisi de creditur; tunc non debet ferre sententiam, qualis esset ferenda, si culpa esset simpliciter probata coram eo. Sic enim ex consuetudine culpam non esset sufficienter probatam coram eo: ut tali pena puniatur. Si autem ex lege positiva, vel ex consuetudine laboratur, quod jurans non tenetur deponere de certitudine, sed de credituritate, quia juramentum habetur pro credito, non autem simpliciter pro certo; tunc jurans non peccat, alio modo, ex signis probabiliter conjiceretur magis partem istam, quam aliam, sicut habetur *Extra de iuramento in ordine sistendo, cap. unico*, Dominus Papa. Respondet enim quod *quantum humana fragilitas nisi nocere, scit, & testificatur illum ad huiusmodi officii unum esse dignum*, & dicit Papa, quod in tali testificatione aliquem peccare non credimus. In promotionibus igitur talibus, sive ad Ordines, sive ad qualescumque dignitates prelectiones fiendis in quibuscumque Collegiis, puta in Universitatibus ad

Magisterium, in Religionibus ad Praelectionem, vel ad aliquos alios actus, si sit conducto approbata, quod tales repositiones sub juramento statuto, vel sub fide data, vel sub obedientia proniata, non debet intelligi, nisi de credulitate quantum sit humana fragilitas cognoscere; cum illam, quem non novit indignum, debeat estimare dignum, omnes tales repositiones debent intelligi de illo secundum consuetudinem communem, nec respondentes peccant in aliquo, quantum si promotus non sit dignus. Vel potest responderi cum additione illa, quam ponit Decretalis praedicta, & non simpliciter, scilicet: *quantum sibi humana fragilitas*, & in talibus etiam iudex promovens talem non peccat, qui consuetudo est ut talis testificatio de credulitate sufficiat. Hic enim favor ampliatur, & odium restringitur, iuxta illam regulam Juris, in condemnabilibus oportet talem juramentum strictè dicere veritatem, & hanc certam, quia aliter non esset propter eam sententia condemnationis terenda. Ad sententiam vero, quae fertur in favoribus, sufficit juramentum de credulitate, potissimum ubi est talis consuetudo, vel lex positiva in Collegio jurare de credulitate, quia propter veritatem sic testificatum praesens potest promovere ad talem gradum. Universaliter autem live in favoribus, live in odii jurans de illo, cuius oppositum magis credit; vel de illo, de quo est dubius, id est, quod non magis assentit uni parti, quam alteri, peccat mortaliter, quia adducit Deum tanquam testem ejus, quod neutro modo est sibi certum, quod debet esse certum. Sed obicitur contra hoc, quod dictum est, perjurium esse contra praecipuum primae tabulae, quia videtur secundum Magistrum, quod perjurium sit quoddam mendacium, & ita contra illud praecipuum secundae tabulae. (a) *Non dices contra proximum tuum falsum testimonium*. Potest dici, quod in perjurio est quandoque duplex peccatum, scilicet mendacium tanquam materiale, & assumptionis nominis Dei in vanum; hoc est, non solum includit mendici, sed etiam irrevocantiam, & primum pertinet ad secundam tabulam: sed secundum formaliter ad primam, quia irrevocantia prohibetur ibi. Potest etiam esse perjurium absque mendici, pura si simpliciter dubitans jurat partem, de qua dubitat, quam tunc dicens non mentiretur, quia non habet oppositum in mente; aut saltem in aliquo casu ubi jurans tenetur esse certus, perjuratur, si non est ita certus, & tamen si illud assereret sine juramento, credens illud plus quam oppositum, non mentiretur. Periculum igitur est habere frequenter juramentum in ore, quia in multis sermonibus sine juramento non peccaret, ubi addito juramento peccat, & graviter si fiat ex deliberatione. Propter quod utile est documentum illud Martij. *Sis sermo vestus: est est. non non.*

De tertio articulo dico, quod dictum humanum, vel est de praerogativa & praesentibus, quorum est determinata veritas: vel de futuris, quorum veritas est incerta. De primis quidem dicitur dictum asser-

a Exod. 20.

torium, & hoc extendendo asseritionem ad affirmationem, & negationem: in futuris autem, cum sit potestate juratis dicitur esse promissorium, & secundum hoc cum juramento futurisque dicti assertio, duplex est juramentum scilicet assertorium, & promissivum: utrumque tamen est obligatorium, assertorium quidem, quia obligatur jurans ad dicendum verum, ex quo talem testem inducit ad asseritionem dicti sui: promissorium, quia obligatur, ut illud verum esse faciat, & quia assertorium non obligat, nisi pro tempore, pro quo juratur, ideo appropriate *juramentum* dicitur: *obligatio* vero, quia respicit futurum, ideo appropriate juramentum promissivum dicitur obligatorium, quia obligat ad factum juramentum implendum.

Et quia assertorium non obligat, (a) *nisi pro tempore, pro quo juratur; & juramentum promissivum dicitur obligatorium, ut respicit futurum, ideo appropriate juramentum promissivum dicitur esse obligatorium, quia obligat ad futurum juramentum faciendum.*

Et assimilatur illa duae species juramenti duabus speciebus obligationis in Iosophinatis, scilicet positioni, & petitioni. Positio obligat ad sustinendum positum tanquam verum: petitio, ad exequendum positum in facto. Hic tamen est unum dubium, utrum in juramento promissorio praesupponatur qualitas jurati, & illa praesupposita adducatur testis idoneus ad dictum illud confirmandum: an praesupponatur qualitas testis, & secundario consideretur qualitas dicendi sub testimonio illius? quia si primum esse verum, videretur sufficere quod jurans de iurore haberet intentionem faciendo quando jurat, licet mutaret eam post. Secundum videretur magis consensum communis sententiae, quia in illo juramento dicitur quis semper manere obligatus donec impleat illud. Quantum igitur ad perjurium assertorium, non oportet in speciali plus tangere, quam tactum est in articulo de perjurio in communi.

Quantum ad perjurium promissivum, vel obligatorium; dico, quod potest esse quadruplex, scilicet dolosum, incautum, coactum, & carens istis tribus conditionibus indubius. Dolosum est quando jurans aliquid esse factum in ipso actu jurandi intendit oppositum, & non intendit se obligare ad illud, quod juratur. Et talis in ipso actu jurandi peccat mortaliter, quia adducit Deum tanquam testem sui propositi: de aliquo implendo, cum tamen intendat oppositum. Tamen post illud juramentum non tenetur obligatus, quia in obligationibus privatis nullus obligatur non intendens se obligare. Nec sequitur, quod talis ex peccato suo reportet commodum, quia si non iurasset dolose, esset obligatus: quia nullam commodum est reportare peccatum mortale, quod non reportaret, si non iurasset dolose, licet teneretur implere juramentum, quod tamen tentio non est ita damno-fa, sicut peccatum mortale, quod insurritur in jurando dolose. Ju-

a Addit.

mentam incautum potest esse duplex, vel quia transit super materiam omnino illicitam, ut cum quis jurat se occisurum, vel adulteratum; & tale juramentum non obligat jurantem ad impletionem sui juramenti, ita quod post juramentum debeat illum actum implere. Tamen quando juravit; si non habuit intentionem implendi illud, peccavit mortaliter, quia addixit Deum in testimonium falsi. Si etiam habuit talem intentionem, peccavit mortaliter: quia velle peccare mortaliter est peccare mortaliter: talis igitur in ipso actu jurandi omni modo peccat mortaliter. Post juramentum tamen debet illum actum non implere, quia non debet addere peccatum peccato: non enim, quia juravit illicite, si sit libet iuratum, quod prius fuit illicitum. Alio modo est juramentum incautum, quod transit super aliquam materiam, quae de se esset licita, sed non est materia juramenti licita, ut cum aliquis abjurat opera perfectionis: in hoc enim ponit obiectum motioni Spiritus sancti: unde tale juramentum servare, vergit in peiorem exitum: & ideo post actum non est servandum, quod juratur, licet enim absolute liceat non facere opera perfectionis: non tamen licet habere fixam *velle* nunquam faciendi opera perfectionis: quia hoc est habere *velle fixum* contra motionem Spiritus sancti. In his igitur duobus iura meris, scilicet dolo, & incauto, duobus modis praedictis, patet quod jurans non manet obligatus ad implendum quod juratur post juramentum: sed in actu jurandi peccat mortaliter. Posset poni aliud juramentum incautum, ut quando aliquis jurat se facturum, quod non potest facere, licet, cum jurat, putet se posse illud facere. Et de hoc iudicandum est, sicut dictum est in articulo de juramento in communi: quia si possit in futurum, tenetur: si non possit, excusatur in favore. De juramento caeco, coactione quae potest cadere in constantem virum, sunt opinioniones, quare. Juramentum promissorium carens illis tribus conditionibus, dolo, & incauto, & coactione, obligat jurantem ad nunquam habendum oppositam voluntatem ei, quod juravit, & licet differat implere illud propter circumstantias, propter quas videtur rationaliter differendum, non peccat: sed tunc est primo perjurus; quando habet voluntatem non implendi illud, quod juravit, quia tunc vult Deum primo fuisse testimonium falsi.

Ad primum argumentum, patet in turpi voto, mutans decretum: in jurando tamen peccavit mortaliter. Ad aliud dico, quod, ceteris paribus, maximum juramentum est jurare *per Deum*: quia per nihil aliud licite juratur, nisi in quantum in eo specialiter habitat Deus, vel est, puta *per Evangelium*, quia in eo specialiter relictus Deus: *per Calum*, quia ibi specialiter modo habitat Deus: *per Ecclesiam*, quia ibi specialiter modo colitur Deus. Consuetudo tamen rationalis hoc exigit, ut quaedam juramenta fiant cum majori solemnitate, quam alia: & de factis cum solemnitate praesumitur, quod nunquam fiant sine deliberatione. Statuit igitur Ecclesia ad terrorem, ut per hujusmodi non juretur, nisi solemniter tantum, & per consequens deliberate, & ubi veritas simpliciter est communiter asserenda: per Deum autem

autem juratur communitur, & leviter, & frequenter, sine deliberatione. Dico tamen, quod, ceteris paribus, gravissimum est jurare *per Deum*, sed postea indeliberatione ex illa parte, & plura deliberatione ex alia parte, qualis habetur, quando juratur super Evangelium; ponitur hoc esse peccatum mortale: non solum propter irreverentiam illius, per quod juratur, sed propter deliberationem, quae ponitur hic, & non ibi. Et si quaeratur, quare igitur perjurus per Evangelia est infamis: jurans per Deum non est infamis? Respondo, infamatio non sequitur semper qualitatem culpae, sed criminis publici: statutum est autem, quod juramentum publicum, & cum deliberatione est, quando juratur super Evangelia: & ideo transgressor talis juramenti praesumitur tanquam violator fidei, & ideo rationaliter habetur infamis: non sic autem potest praetium de aliquo leviter perjurate per Deum. Ad ultimum, patet quomodo iuramentum promissorium obligat, & quod non ad implendum actum juramenti.

## DISTINCTIO XL.

Circa istam Distinctionem quadragesimam, in qua Magister agit de duobus ultimis praecipis secundae tabulae; & de utriusque legis utilitate, quaeritur.

## QUAESTIO UNICA.

Utrum lex nova sit gravior veteri?

Quod sic, quia lex nova multa superaddit legi veteri, sicut patet Matth. 5. *Dictum est antiquis: Non occides: ego autem dico, qui irascitur fratri suo, & sic de aliis praecipis: & praeter hoc continet totam illam, sicut patet Matth. 5. Non veni legem solvere, sed adimplere: igitur includit totam gravitatem illius, & addit ultra aliquam aliam: igitur est gravior. (a) Praeterea status sub gratia est perfectior, & virtuosior, quam sub lege: igitur difficilior. Contingentia patet, quia virtus est circa bonum, & difficile.*

Contra, Matth. 11. *Venite ad me omnes, &c. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.*

Hic sunt duo videnda, quia ex duobus pendit gravitas legis alicujus in comparatione ad aliam, scilicet ex onere imposito, & ex defectu remedii ad supportandum onus impositum.

Onera imposita in veteri lege (b) erant praecipia moralia, caeremonialia, & judicialia, ad quae omnia tenebantur. De moralibus patet. De caeremonialibus etiam patet: nam licet possent tangere mortificationem, & hujusmodi; incurtebant tamen ex hoc multas immunditias, ad quarum purgationem, si non facebantur in lege mandabantur,

A a 3

pec-

peccabam mortaliter, sicut explicatur ibi: Anima, quæ fecerit, vel non fecerit sic, & sic, (a) morte morietur, & peribit de populo suo, quæ est comminatio damnationis æternæ. Ad omnia etiam judicialia tenebantur, vel per se, vel quando decrebantur per iudices eorum: & maxime per Sacerdotem Levitici generis, si quando erat catus duobus apud iudices interiores, iuxta illud Deut. (b) *Omnis anima, quæ contempserit iudicium Sacerdotis, morte morietur*. In lege autem nova mortalia tunc eadem quæ tunc, sed magis explicata. Ceremonialia tunc multo puriora, & leviora, quæ imposita sunt per Christum. Judicialia nulla sunt posita per Christum, sed magis est lex mitioris, & humanitatis, in qua non oportet habere judicialia, iuxta illud 1. Cor. 6. *Sanctum omnino delictum est in vobis, quod iudicia habeatis inter vos*. Quare non magis iniuriarum accepistis, quare non magis si eandem peccavimus. Hoc enim docuit Christus Matth. 5. *Si quis voluerit tibi tollere tunicam, relinque ei pallium*. Comparando vero moralia ad moralia, dubium est, utrum fuerit æqualitas, quia dubium est utrum illi tenebantur ad omnia illa præcepta, & eodem modo explicata, sicut nos tenemur, quia si illi non tenebantur ad præcepta illa, nisi sicut Iudæi interpretabantur, tunc licuisset amare amicum, & odio habere inimicum: ita enim docuerunt Pharisei simplices de populo, hoc autem non licet hodie Christianis: & ita forte de quibusdam aliis explicatis quedam præcepta moralia, sicut patet Matth. 5. Quod si non, tunc lex nostra esset gravior quantum ad moralia: sed hæc gravior non æquiparatur gravitati ceremonialium legis veteris, de qua statim dicitur. Quantum enim ad ceremonialia, dico, quod illa sunt multo gravior, & quantum ad multitudinem, & quantum ad difficultatem observandi. Augustinus enim ita significat in epist. ad inquisitiones Januarii: & tangit in Can. dist. 12. *Omnia talia, & Rabbi Moyses enumeravit plus quam sexcenta præcepta, ad quæ omnia tenebantur illi, quorum quadam erant valde difficilia, puta quod omne masculinum ter in anno præsentaretur in Jerusalem, quantumcumque distaret: & septimum annum colere, propter quod oportebat eos duobus annis vacare a collectione fructuum: & multa alia, sicut de non tangendo morticum, vel de non comedendo, vel bibendo post tantum mortui sine baptismo. Unde dicit Petrus in Actibus Apostolorum: (c) *Quare vultis discipuli imponere omni gravæ, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus?* Lex autem nova secundum Augustinum ibidem, paucis & manifestis Sacramentorum ritibus contenta est: non enim habet, nisi septem Sacramenta, quæ præcipua omnia non sunt omnibus Christianis necessaria. Non enim omnes recipiunt Ordines, nec omnes matrimonium contrahunt, sed necessarius est Baptismus, & post Baptismus in peccatum mortale recidivando Pœnitentia, ita quod difficilissimum, quod est in Ecclesia, videtur esse Confessio, difficile enim videtur alicui peccata sua priva-*

tà, soli Deo, & sibi nota, relevare alicui homini: sed ibi apponitæ sunt remedia, ita quod propter revelationem talem non oportet timere confusionem: obliquitur enim audiens ad maximum seculum fecerit. Alia Sacramenta a Baptismo, & Pœnitentia orti non sunt necessaria: aut sunt, satis facilia, puta Confirmatio, Eucharistia, Extrema unctio, Quantum igitur ad extremum alia lex nova est longe facilius, quam lex vetus, in quantum a Christo data est, & hæc est simpliciter levitas, quæ longe præponderet illi gravitati, si quis sit in moralibus maior. Quantum autem ad judicialia de ego nova, patet, quod est levissima, quia nulla judicialia Christi imposuit. Si tamen loquamur de lege nova in quantum non solum est a Christo, sed etiam, in quantum est per alios declarata, vel in quantum super eam sunt alia per alios addita, quia licetum est iudicibus statuere leges ad pacem servandam, sive illas quæ fuerunt in lege Moysi, & hæc vel omnes vel alias, & quæcumque & quocumque & teneantur eas subditi servare, dummodo non repugnent legi divine, & quo ad hoc possent potius major gravioris in lege Christiana, quia tunc non licet Sacerdotibus, vel iudicibus condere quæcumque leges, sicut modo licet principibus Christianis. Sic ergo quantum ad hoc videtur, quod pauciora sunt onera legis Christianæ in quantum ipsa est a Christo tradita, sed forte levior, in quantum ipsi postea sunt addita alia per eos, & (a) qui habent regere populum Christianum.

Quantum ad secundum articulum dico, quod passio Christi exhibitæ plus meretur de gratia credentibus eam jam exhibitamquam ipsa, ut exhibenda meretur illis, qui crediderunt illam, ut exhibendam, & ideo Sacramenta nostra quæ habent efficaciam in virtute passionis Christi exhibitæ, plus conferunt de gratia, quam Sacramenta veteris legis. Præter hæc habemus plura adiutoria gratiæ, quia plura Sacramenta. Nam illi præter matrimonium (si tamen sint illis Sacramentum, de quo tangitur in quarto) nullum habuerunt Sacramentum, nisi circumcissionem, & hoc ut remedium contra originale. Post redditionem vero, (b) si mereri poterunt gratiam aliquam motu proprio bene quidem, sed ad gratiam tunc acquirendam nullum fuit Sacramentum tunc institutum apud eos; non enim habuerunt Sacramentum pœnitentiæ, nec alia plura adiutoria ad gratiam impetrandam, quæ habemus nos. Tertio, præter majorem efficaciam Sacramentorum, & pluralitatem eorum habemus doctrinam magis explicativam, & declarativam veritatis, quam ipsi habuerunt, & exempla sanctorum plura, & efficaciora ad imitandum. Et quarto plura meriti Sanctorum, qui forte non tantam sibi, sed etiam nobis meruerunt, & nos etiam meremur, invocando auxilium eorum, & intercessionem apud Deum. Simpliciter ergo plura adiutoria, & efficaciora sunt in lege Christiana, quam veteri, & ideo ex ea parte lex nova est levior. Est etiam unum adiutorium valde notabile, quia non

a Hic explicatur quique remedia a Doctore.  
b Dist. 1. part. 2. & dist. 26.

bis pro observatione legis Christianæ promittitur explicite vita æterna. Illis autem, vel raro, vel nunquam, nisi bona temporalia promittantur, nunquam autem tantum allicunt animam ad servandum legem bona temporalia, sicut bona æterna.

Ad primum concedo, quod si lex nova continet omnia moralia, quæ lex vetus, & addat alia, vel saltem addat aliquam explicationem aliquorum, ad quæ forte ipsi non tenebantur, quod quantum ad hoc est gravior; tamen hoc non tantum gravat, sicut ex alia parte gravat ceremonialium multitudo, & judicialium. Ex parte autem legis novæ plus alleviat multitudinem, & efficaciam auxiliorum, ita quod illa modice gravitas, si qua sit major in moralibus, non præponderat gravitati in aliis, & hoc pensatis auxiliis hinc inde.

Ad secundum dico, quod difficultas in opere virtuoso non est per se ex parte operantis, sed ex parte operis: difficilius enim est avaro dare unum nummum, quam liberali decem; & tamen non virtuosus, nec qualiscunque difficultas ex parte operis arguit majorem virtuositatem. (a) Sed illa, quæ per se includit excellentiam objecti, quod per se attingitur per operationem, talis autem difficultas stat cum majori levitate. Nam levius est attingere amando objectum excellentius, quam objectum minus excellens, & talia opera excellentia immediate respicientia Deum, plura sunt explicita in lege nova. Multi enim actus dilectionis Dei immediate magis explicantur Christianis, quam Judæis; nec mirum, quia illa dicitur esse lex timoris, hæc autem amoris: amor autem, & præcipue finis, si ille queratur in omnibus, facit omnia onera levia, ut verum sit, quod dixit Salvator Math. 11. *Venite ad me. Et sequetur: Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Cui sit laus, honor & gloria, per infinita sæculorum sæcula. Amen.

## F I N I S.

IN.

a *Bar, si ergo nos stabimus in portione superioris contemplationis; & honore Christi, & legis, & Seraphici Patris, ac Patriarchæ nostri D. Francisci erunt nobis levia, sociilia, & suavia q.*

# I N D E X

## TERTII LIBRI

### SENTENTIARUM.

*Ordo & numerus Questionum hujus Tertii Libri, quomodo in singulis distinctionibus proponantur: & animadvertes, quod primus numerus indicat questionem, secundus paginam.*

#### DISTINCTIO I.

- 1 Utrum possibile fuerit naturam humanam uniti Verbo in unitate suppositi. pag. 5.
- 2 Utrum tres personæ possent assumere eandem naturam numero. 19.
- 3 Utrum una persona possit assumere plures naturas. 25.
- 4 Utrum unum suppositum creatum possit sustentare hypostaticè aliquam aliam naturam creatam. 26.
- 5 Utrum formalis ratio terminandi illam unionem sit proprietas relativa. 28.

#### DISTIN. II.

- 1 Utrum naturam uniti Verbo, & non frui includat contradictionem. 32.
- 2 Utrum Verbum primo, & immediate assumpsit naturam humanam. 40.
- 3 Utrum incarnationem Verbi præcesserit corporis organizatio, & animatio. 48.

#### DISTIN. III.

- 1 Utrum Beata Virgo concepta fuerit in originali peccato. 51.
- 2 Quare Christus, & quomodo non contraxit originale. 58.

#### DISTIN. IV.

- 1 Utrum Beatissima Virgo fuerit vetere Mater Dei, & hominis. 59.

#### DISTIN. V.

- 1 Utrum natura divina assumpsit naturam humanam, vel assumeret potuerit. 68.
  - 2 Utrum persona creata fuerit assumpta, vel potuerit assumeri. 69.
- D.

	DISTIN. VI.	
1	Utrum in Christo sit aliud esse Verbi ab esse creato .	71.
2	Utrum Cœlestis sit aliquo duo.	76.
3	Quæ illarum opinionum quas recitat Magister sit tenenda .	76.
	DISTIN. VII.	
1	Utrum sit ista vera, Deus est homo .	80.
2	Utrum hæc sit vera, Deus factus est homo .	84.
3	Utrum Christus fuerit prædestinatus esse Filius Dei .	87.
	DISTIN. VIII.	
1	Utrum in Christo sint due filiationes .	90.
	DISTIN. IX.	
1	Utrum Christo debeatur lætitia solum secundum naturam divinam .	100.
	DISTIN. X.	
1	Utrum Christus sit filius Deus adoptivus .	107.
	DISTIN. XI.	
1	Utrum Christus sit creatura .	110.
2	Utrum Christus secundum quod homo sit creatura .	116.
3	Utrum Christus inceperit esse .	118.
	DISTIN. XII.	
1	Utrum Christus potuerit peccare .	120.
	DISTIN. XIII.	
1	Utrum Christo potuerit conferri summo gratia possibilis conferri creaturæ .	122.
2	Utrum animæ Christi fuerit collata summa gratia possibilis conferri creaturæ .	124.
3	Utrum possibile fuerit voluntatem animæ Christi habere summam fruitionem possibilem naturæ creatæ .	125.
4	Utrum anima Christi potuerit summæ frui Deo sine summa gratia .	126.
	DISTIN. XIV.	
1	Utrum possibile fuerit intellectum animæ Christi primo, & immediate perhæc visione Verbi perfectissima possibili creaturæ .	136.
2	Utrum possibile fuerit intellectum animæ Christi videre in Verbo omnia, quæ videt ipsum Verbum .	137.
3	Utrum anima Christi noverit omnia in genere proprio .	149.
4	Utrum anima Christi perfectissime noverit omnia in genere proprio .	153.
	DISTIN. XV.	
1	Utrum in anima Christi secundum portionem superiorem fuerit verus dolor .	154.
	DISTIN. XVI.	
1	Utrum Christus habuerit necessitatem moriendi .	178.
2	Utrum in potestate animæ Christi fuerit non mori ex violentia passionis .	179.
	DISTIN. XVII.	
1	Utrum in Christo fuerint tantum due voluntates .	187.
	DI-	

	DISTIN. XVIII.	
1	Utrum Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis .	199.
	DISTIN. XIX.	
1	Utrum Christus meruerit omnibus nobis gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, & pænæ .	201.
	DISTIN. XX.	
1	Utrum necesse fuerit humanum genus reparari per passionem Christi .	208.
	DISTIN. XXI.	
1	Utrum Corpus Christi fuisset præfæctum, si resurrectioni non fuisset accelerata .	215.
	DISTIN. XXII.	
1	Utrum Christus in triduo fuerit homo .	219.
	DISTIN. XXIII.	
1	Utrum de credibilibus nobis revelatis necesse sit ponere fidem infusam .	232.
	DISTIN. XXIV.	
1	Utrum de credibilibus revelatis possit aliquis habere simul fidem, & scientiam .	243.
	DISTIN. XXV.	
1	Utrum ante Christi adventum fuerit necessaria fides de his, quæ modo nos credimus .	259.
2	Utrum ad hoc ut fides sit in intellectu, necesse sit aliquem habitum infusum esse in voluntate; & a quo fides habeat suam unitatem .	266.
	DISTIN. XXVI.	
1	Utrum spes fit virtus Theologica distincta a fide, & charitate .	267.
	DISTIN. XXVII.	
1	Utrum sit aliqua virtus Theologica ineluctans ad diligendum Deum super omnia .	281.
	DISTIN. XXVIII.	
1	Utrum eodem habitu sit diligendus proximus quo diligitur Deus .	292.
	DISTIN. XXIX.	
1	Utrum quilibet teneatur maxime diligere se post Deum .	295.
	DISTIN. XXX.	
1	Utrum necesse sit ex charitate diligere inimicum .	296.
	DISTIN. XXXI.	
1	Utrum charitas remaneat in partu, ita quod non evacuetur .	301.
	DISTIN. XXXII.	
1	Utrum Deus diligat omnia ex charitate æqualiter .	306.
	DISTIN. XXXIII.	
1	Utrum virtutes motales sint in voluntate sicut in subiecto .	310.
	DISTIN. XXXIV.	
1	Utrum virtutes, dona, beatitudines, & fructus sint idem habitus inter se .	320.
	DI-	

1. Utrum sapientia, scientia, intellectus, & consilium sint habitus intellectuales.	DISTIN. XXXV.	333.
1. Utrum virtutes morales sint connexæ.	DISTIN. XXXVI.	334.
1. Utrum omnia præcepta decalogi sint de lege naturæ.	DISTIN. XXXVII.	349.
1. Utrum omnes mendaciorum sint peccatum.	DISTIN. XXXVIII.	356.
1. Utrum omne perjurium sit peccatum mortale.	DISTIN. XXXIX.	365.
1. Utrum lex nova sit gravior lege veteri.	DISTIN. XL.	371.

F I N I S.



